



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni  
Bredenbachij S. Th. D.||**

**Bredenbach, Tilmann**

**Coloniae Agrippinae, 1592**

**VD16 B 7378**

11. De rege Ioas, qui the sauros templi temerè surripiens, à seruis suis interficitur. Item de Osia Rege, qui volens adolere incensum, monitusque à sacerdotibus, non esse hoc sui muneris, & ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

fenestram, & ait: Quæ est ista? Et inclinauerunt  
se ad eum duo vel tres eunuchi, & dixerunt:  
Hæc est illa lezabel. At ille dixit: Præcipi-  
tate eam deorsum. Et præcipitauerunt eam:  
adpersusque est sanguine paries, & equorum  
vogulæ conculcauerunt eam. Cumque intro-  
gressus esset, vt comederet, biberetque, ait: Ite,  
& videte maledictam illam, & sepelite eam:  
quia filia regis est. Cumq; issent vt sepelirent  
eam, non inuenerunt, nisi caluariam, & pe-  
des, & summas manus. Reuersiq; nunciaue-  
runt ei, & ait Ichu: Sermo Domini est, quem  
locutus est per seruum suum Eliam Thesbi-  
ten, dicens: In agro lezrahel comedent canes  
carnes lezabel: & erunt carnes lezabel sicut  
stercus super faciẽ terrę in agro lezrahel, ita vt  
paxtereuntes dicant: Hæc cine est illa lezabel?  
*Ex 4. Reg. 12. cap. & 2. Paralip 26. De rege Ioas,  
qui thesauros templi temerè surripens, à seruis  
suis interficitur. Item de Ozia rege, qui volens a-  
dolere incensum, moni usq; à sacerdotibus, non esse  
hoc sui muneris, & contemns, lepra percussus.*

## CAP. XI.

**C**VM Hazael, rex Syriæ, pugnaret contra  
Geth, eamq; cepisset: dirigeretq; faciem  
suam vt adscenderet in Ierusalem, tulit Ioas,  
rex Iuda, omnia sanctificata, quæ consecraue-  
rant Iosaphat, & Ioram & Ochozias, patres  
eius, reges Iuda, & quæ ipse obtulerat: & vni-  
uersum argentum quod inueniri potuit in  
the-

520 COLLATION. SACRAR.  
thesauris templi Domini: misitq; Hazeli, regi  
Syriae, vt recederet ab Ierusalem. Surrexerunt  
autem serui eius, & coniurauerunt inter se,  
percuferuntque Ioas in Domo Mello, in de-  
scensu Sella, & mortuus est.

Ozias quoque rex cum iam auxilio Domi-  
ni roboratus esset, eleuatum est cor eius in li-  
teritum suum, & neglexit Dominum Deum  
suum: ingressusque templum Domini, adole-  
re voluit incensum super altare thymiamen-  
tis. Statimque ingressus post eum Azarias sa-  
cerdos, & cum eo sacerdotes Domini octogin-  
ta, viri fortissimi, restiterunt regi, atq; dixerunt  
Non est tui officij Ozia, vt adoleas incensum  
Domino: sed sacerdotu, hoc est filiorum Aa-  
ron, qui consecrati sunt ad huiusmodi minis-  
terium: Egredere de sanctuario, ne contem-  
pseris: quia non reputabitur tibi in gloriam  
hoc à Dominò Deo. Iratusque Ozias, & reus  
in manu thuribulum, vt adoleret incensum,  
minabatur sacerdotibus; Statimq; orta est le-  
pra in fronte eius, coram sacerdotibus, in do-  
mo Domini, super altare thymiamatis. Cumq;  
respexisset eum Azarias Pontifex, & omnes re-  
liqui sacerdotes: viderunt lepram in fronte  
eius, & festinatò expulerunt eum: sed & ipse  
perterritus accelerauit egredi, eo quod illico  
sensisset plagam Domini. Fuit igitur Ozias reus  
leprofus vsque ad diem mortis suae, & habita-  
uit in domo separata, plenus lepra, ob quam  
eius

dictus fuerat de domo Domini.

*Danielis l. 4. & 5. cap. De pœna Nabuchodonosoris regis, qui abstulit vasa domus Dei, & funesto casu Balihasaris regis, qui sacris vasibus cum vxoribus & concubinis suis temulentus abutebatur.*

## CAP. XII.

**R**ex Babylonis Nabuchodonosor cum expugnasset Hierusalem, abstulit partem vasorum domus Dei, & asportauit ea in domum Dei sui, qui postea ex hominibus abiectus est, & fornum vt bos comedit, & rore cœli corpus eius infectum est, donec capilli eius in similitudinem aquilarum crescerent, & ungues eius quasi auium. Qui postea sibi regnoque suo restitutus, agnouit potentiam & iustitiam Dei, qui gradientes in superbia, possit humiliare. Porro pronepos eius Baltassar, immemor huius vindictæ proauis sui, cum grande conuiuium optimatibus suis apparatusset, præcepit iam temulentus, vt afferrentur vasa aurea & argentea quæ asportauerat Nabuchodonosor: Non quidem genitor, sed proauus eius pater eius de templo quod fuit in Ierusalem: vt biberent in eis Rex & optimates, & vxores eius, & concubinae. In eadem autem hora apparuerunt digiti, quasi manus hominis scribentis contra candelabrum in superficie parietis aulae regiae: & Rex adspiciebat articulos manus scribentis. Et immutata est facies Regis, & cogitationes eius conturbabant cum:

&amp;